



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Josephus Sponsus B. M. V. 19. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

Ergo extractum omniq[ue] honore tumulatum Martyris corpus fontem prope dedit, ex quo passim sanitatem ægri bibeant. Noverca etiam veniam oratura illic contendit, sed neque eques, neque pedes progredi unquam potuit, semper vi, nescio, quâ arcanâ repulsa. Dixisse neque supplici novercæ jam inanes fidere.

*Ex Surio.*

*Plantare pacem radicitus, Dei est: evellere penitus, inimici. Nam sicut amor Fraternitatis ex Deo est, ita odium ex Diabolo: qua propter damnanda sunt odia, quoniam scriptum est, qui odit fratrem suum, homicida est. S. Pet. Chrys. serm. 53.*

### S. JOSEPHUS SPONSUS B. M. V.

19. Martij.

**C**ompendium laudum JOSEPHI dero, si convixisse JESU & MARIÆ dixero; huic Sponsum integerimum, illi nutritorem sedulum. Arcanorum ergo conscius omnium, multa gravibus est gaudia, multa dolenda doluit. Ultraque VII. fuisse binis è D. Francisci coetu ipse voluit manifestum. Et gaudio quidem primus omnium delinivit animum nuntius, quo non nisi Deo plenam MARIAM intellexerat, tum deinde aures recrearunt ad cunas magni infantis choraulæ nobiles; sed longè demulxit suavius nomen, quod ipse indidit, dulcissimum.

M 4

Jam

184 VITÆ SANCTORUM. 19. Mart.  
Jam vaticinia Simeonis, quæ Servatorem  
puerum; dejecta in Ægypto simulachra  
Dæmonum, quæ Deum loquebantur, &  
Angelus, qui patriam exules revocabat,  
aliis atque aliis gaudiis cumularunt. Il-  
lud demum delitiis inundavit, cùm quod  
charissimum habuit pignus, amissum re-  
perit. Et hæc gaudiorum materia; illa  
dolorum fuere: tristis primò, quem à  
*Virgine* parabat, secessus; tum paupe-  
res cunæ, & priina, quæ imbris pra-  
clusit, sanguinis pluvia; mox gladius Si-  
meonis, cor Sponsæ non nisi per præcor-  
dia Sponsi periturus; post fuga præpro-  
pера & Archelai tyrannis; demum amissi-  
sa in uno. Puer omnia bona; hæc in-  
quam, tot mœroris argumenta, quot an-  
tè lœtitiae, dubiam utrinque victoriam  
fecere. Ego, si fas sit, octavum & do-  
lorem & gaudium addidero, mortem in-  
ter J E S U ac M A R I A amplectus.  
Quid enim acerbius, quam hos ex oculis  
dimittere? quid dulcius, quam ab his  
oculis claudi? Ex lib. 3. Carthag.

Disce homo obedire, disce terra subdi,  
disce pulvis obtemperare: Erubesco superbe-  
cenis: Deus se humiliat, & tu te exalbas;  
Deus se hominibus subdit, & tu dominari  
gestiens hominibus, tuo te præponis. Auclot-  
ri. S. Bernard. hom. i. super Misericordiam.

S. PAN-